Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Auerte mala inimicis meis · in ueritate tua disperde illos 7

Oratur ergo prophete ut mala uoluntates remoueatur ab inimicis eius; unde eos cognouerat ingrauandos; Mali cũ aduersitatem ueniunt · a pristina uoluntate dispereunt, etnisi a mala intentione discedant · locum in bonis actibus non habebunt,

Voluntarie sacrificabo tibi · confitebor nomini tuo dnẽ quoniam bonum ÷ est: 7

Voluntarie sacrificat dõ · qui pro inimicis suis exorat, Sacrificare uoluntarie est dõ · puritatem bonae uoluntatis offerre, Confiteri enim hic laudare significat, Illum enim uelle laudare bonum est · Unde omnis aduersitas istius mundi effugiatur,

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me · & ÷ super inimicos meos dispexit oculus meus 7

Ex omnibus tribulationibus testatur propheta ereptum · quod in isto saeculo euenire non potest · nisi eis qui in dnĩ dilectione persistunt, Respexit oculus dnĩ super inimicos dauid · id est cypheos quando eos nefarias uoluntates · minime complere permisit,

IN FIN CARMINIBUS INTELLECTUS DAUID 7 Xpĩ patrem petit · ne eius dispiciatur oratio · quam ex infirmitate carnis probatur expetere · & quid obstinatis iudeis in suis sceleribus persistentibus debeat euenire 7

Beneficius dicitur xpĩ · quia quicquid recte ac fideliter agimus · ad ipsum constat sine dubitatione referendum, In carminibus · in laudibus dicit, Intellectus · ut secundum carnem iste sit intellectus, ut eum patrem dicamus · dnĩ xpĩ · Ut in euangelio cecus, miserere mei fili dauid, secundum diuinitatem uero · seruum fateamur esse · sicut ipse ait dixit dnĩs dno meo 7

Prima parte petit · propheta exaudiri orationem suam, deinde postulat · ne eius deprecatio despiciatur, Qua ratione intellege quia nisi puro conscientia deprecaris dm · prorsus ad dõ non exaudieris 7

EXAUDI DS orationem meam · & ne dispexeris deprecationem meam · intende mihi & exaudime 7